Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ✳ ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: ✳ & sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus â progenie in progenies ✳ timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: ✳ dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, ✳ & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis, ✳ & divites dimi it inanes.

Suscepit Israël puerum, suum, ✳ recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, ✳ Abraham, & semini ejus in sæcula.

*§ Vuelta la Procesion á la Iglesia, el Suádiacono de la Cruz la pone junto á la credencia, y se hinca alli hasta que se haya dado lá Bendicion: lo mismo hacen todos los demás, comenzando á hincarse los primeros desde la puerta en adelante en dos filas, dando el lugar mas inmediato del Altar al Clero, y este á los mas dignos. En llegando, el Preste ante la infima grada del Presbyterio baxo del Palio sale de él, y acudiendo el Ministro del Quitasol lo lleva baxo de él hasta la infima grada del Altar, en donde el Preste, en pie, entrega la Custodia al Diacono arrodillado en la infima grada, y vuelta la espalda acia el lado de la Epistola. Levantase con el Sacramento el Diacono, y aguarda á que el Preste, hincado en la infima grada, le adore: y sin volver la espalda al Preste, lo lleva al Altar (en el interin el Preste dexa el almaizal) y lo coloca en medio sobre los corporales: y hechole genuflexion con una rodilla, teniendo juntas las manos ante el pecho, sin volverle la espalda, baxa á hincarse á la diestra del Preste.*

*Hecha la Procesion, restituido el Santisimo Sacramento a la Iglesia, y puesto sobre el Altar, todos los Eclesiasticos presentes, arrodillados de uno, y otro lado por su orden, adorandolo reverentes, mientras el Sacerdote lo incensa, como se acostumbra, canten la siguiente parte del Hymno.*



TAntum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.

*§ El Sacerdote, puesto en pie con sus Ministros, tres veces pone Incienso, sin bendecirlo, en el incensario, y arrodillandose, despues con ellos, incensa tres veces el Sacramento, haciendole todos tres profunda inclinacion de cabeza antes de la primera, y despues de la tercera incensacion.*

Genitori, Genitoque
Laus & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedictio,
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amén.

*Despues dos Clerigos digan* ℣. Panem de cœlo præstitisti eis, alleluja. ℟. Omne delectamentum in se habentem, alleluja.

*Despues, puesto en pie solo el Sacerdote (§ sin hacer nueva genuflexion con las manos juntas ante el pecho, teniendole delante abierto este Manual) dice:*

## *OREMUS*

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus, Qui vivis & regnas per omnia sæcula seculorum. ℟. Amén.

*§ Hincase el Preste en la infima grada, recive el almaizal: sube despues solo al Altar, y hecha genuflexion con una rodilla, toma en las manos cubiertas con los remates del almaizal la Custodia, con la diestra por el nudo, y con la siniestra por el pie, vuelvese por el lado de la Epistola al Pueblo, y lo bendice con el Sacramento, ó en la forma aprobada por la Sagr. Congr. de Ritos, puesta en el fol. 200. (y en el 168 puede verse lo que se hace mientras se dá esta Bendicion.) ó en la que prescribe la siguiente Rubrica.*

*Entonces el Sacerdote, hecha genuflexion, bendiga una vez con el Sacramento al Pueblo, en forma de Cruz, sin decir nada (§ pero puede tocarse suavemente el Organo, como se hace al alzar) y lo vuelve à poner reverentemente sobre el Altar. Y este modo de bendecir se observa tambien en las otras Procesiones, que se hicieren con el Santisimo Sacramento.*

*§ Perficionado el circulo, y puesto el Sacramento sobre los Corporales, le hace genuflexion el Sacerdote con ambas rodillas, y profunda inclinacion de cabeza, y sin volverle la espalda, baxa a arrodillarse en la infima grada, en donde depone el almaizal. Entonces un Sacerdote, hecha antes genuflexion al Sacramento, en el lado de la Epistola, vuelto al Pueblo, publica, en la forma acostumbrada, los doscientos dias de Indulgencia que los Sumos Pontifices han concedido á los que intervienen à las Procesiones, del Sacramento, y las que el Obispo Diocesano huviere concedido. Luego sube el Diacono al Altar, y con las acostumbradas genuflexiones, guarda el Sacramento en el Sagrario.*



## DECRETOS

### *De la Sagrada Congregacion de Ritos, en orden á esta sagrada funcion.*

1. CÆremonialis liber, nec Laicis, nec Clericis prohibet, quominus in Processione Sanctissimi Sacramenti deferant intortitia, vel candelas accensas. 12. Apr. 1603.

2. Delatio Sanctissimi Sacramenti in ejus die Festo absente Episcopo, spectat ad Dignitates, seu Canonicos Cathedralis, atque ab eadem Cathedrali Processio debet inchoare, & ibi finire: 19. August. 1616.

3. Processio in solemnitate Sanctissimi Corporis Christi incipere debet â Cathedrali, seu Matrice, & ad eamdem terminare, non vero á Parochiali 1. Septembr. 1708.

4. Non convenit quod prima Dignitas celebret Missam ante Processionem SS. Sacramenti; & deinde altera Dignitas minor deferat illud in Processione 31 Jul. 1632. *Vease el num.* 11.

§ Hoc Decretum *añade Merati*, confirmatum fuit ab Innocent. XI. in Constit. *Alias emanarunt*. 4. Jun. 1689.

5. Ubi adest Sodalitas SS. Sacramenti, competit ei præcedentia super alias Confraternitates in omnibus Processionibus in quibus defertur Sanctissimum Sacramentum. 19. Jun. 1655. & 12. Julij 1628. ac 20. Sept. 1687.

6. Confraternitati SS. Sacramenti, si sumptus ceræ facit, indulgetur ut in Processione ejusdem SS. Sacramenti, aliqui ex Confratribus, saccis induti, cum funalibus accensis, incedant hinc inde ante, & apud idem Sanctissimum Sacramentum; dummodo major Pars Confraternitatis cum sua Cruce, & Insignibus incedat ante, in loco suo, juxta Bullam Gregor. XIII. 10. Marij 1608.

§ *Merati, citados los repetidos, Decretos, puestos en el n. 5. añade.* In quibus postremis conceditur talis precedentia, dummodo dicta Societas SS. Sacramenti accedat ad alias Processiones juxta ordinem antianitatis: quod si quavis ratione, aut prætextu recusaverit ad alias Processiones accedere, etiam proprió die Festo solemnitatis, & in Processionibus SS. Sacramenti, nullo modo præcedere debeat.

7. Priores Confraternitatis SS. Sacramenti, non ante Baldachinum post Capitulum; sed á latere Baldachini, in Processione SS. Sacramenti debent incedere 30. Jan. 1616.

8. In festo SS. Corporis Christi Eucharistia non est deferenda in Processionibus Sacerdotum humeris; sed Celebrantis manibus, non obstante quacumque contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit Sacr. Rit. Congr. 2. Jun. 1618.

9. In Processione solemni SS. Corporis Christi, quando Processio sistit, Sacerdos Celebrans, Subdiaconus, & Diaconus non debent sedere, neque in scamno, neque in sedibus, etiam si deferantur ad ornatum tantum 21. Jan. 1690.

10. Absque Pluviali non licet in die, & infra Octavam SS. Corporis Christi peragere Processionem



cum SS Sacramento; non potest tamen cogi ut ejus expositio fiat cum Pluviali, 22. Jan. 1701.

11. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Processione, quæ fit in festo SS. Corporis Christi, deferri debet ab eo, qui Missam celebrat, & idem servandum in Processione, quæ fit in die Dominico infra ejus Octavam, non vero deferendum est á primo de Capitulo, qui non celebravit 23 Mart. 1709.

12. Non possunt Regulares Processiones facere extra Ecclesiam in Feria V. in Cœna Domini; nec in Festo Corporis Christi, extra eorum jurisdictionem, & per Parochiam alienam. 11. Decemb. 1613.

13. In festo SS. Corporis Christi non convenit cantare cantiones vulgari sermone. 21 Mart. 1613.

14. Missa in die solemnitatis Corporis Christi non debet cantari post absolutam Processionem, & hujusmodi consuetudo uti á Cæremonialis dispositione aliena, omnino abroganda est. 3. Jun. 1681.

15. In Processionibus SS. Sacramenti, quæ occasione Quadraginta horarum fiunt per Ecclesias (*y lo mismo es de todas las demás*) debent processionaliter inceddentes ante Sacramentum, in occursu, & transitu á latere ejusdem facere genuflexionem dummodo in transitu videatur, 1, Mart. 1681.

16. Benedictio cum SS. Sacramento danda est in fine Hymni, *Pange lingua*; non vero ad verba, *Sit, & benedictio.* 5. Febr. 1639.

§ *La Sagr. Congr. de Rit. preguntada sobre si el Turiferario ha de incensar al Sacramento, mientras con el se dà la Bendicion al Pueblo, en 16 de Marzo de 1746. respondió*: Servari posse, alterutrum. § Nem-

Cccc

pe (*explica Cavalieri*) Sacramento adhiberi poſſe, & omitti thurificationem.

§ *Veanſe los Decretos* 2. *y* 3. *y* 4. *pueſtos desde el fol.* 154. *y el penultimo del fol.* 200.

*Sin embargo de lo diſpueſto en dicho Decreto* 2. *Catal. inſiſte ſiempre, en que no ſe omita el* ℣. Dominus vobiſcum, *porque en la recientiſima impreſion del Ritual, hecha, y añadida por mandado del Señor Bened. XIV. no ſe menciona dicha diſpoſicion, y ſe pone dicho* ℣. *pero por ultimo al n. IV. del* § *V.* hîc, *añade eſta nota marginal*:

* In recentiſſimis tamen hujus Ritualis editionibus deeſt præſcriptio hæc: &, quod caput eſt in ipſa Urbe Roma, ab ipſo Romano Pontifice, ſalutatio illa, *Dominus vobiſcum*, hodie quoque prætermittitur, ut fidem faciunt teſtes auriti.

§ *Haſe citado para eſta Sagrada funcion la particular Inſtruccion del Señor Clemente XI. de* 20 *de Enero de* 1705. *confirmada por ſus Succeſores, Innoc. y Bened. XIII. y Clemente XII. no por que ſe juzgue, que obliga fuera de Roma*; *ſino porque ſu obſervancia, en donde los Ordinarios no diſpuſieren otra coſa, es laudable, ſegun la ſiguiente declaracion de la Sagrada Congregacion de Ritos.*

Inſtructio pro Oratione 40. horarum Romæ, juſſu felicis record: Clement. XI. primum edita, extra Urbem non obligat laudandi tamen ſunt, qui ſe illi conformare ſtudent; niſi aliud ab Ordinarijs Locorum ſtatutum ſit. 12. Jul. 1749.



§ V.

De la Proceſion para pedir lluvia.

*Hagaſe todo, como ſe dixo en las Letanias Mayores fol.* 547. *haſta el fin de las Letanias, en cuyas Preces* (§ *deſpues del* ℣. Ut omnibus fidelibus defunctis, &c.) *ſe dice dos veces*: Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus audi nos: *y en el fin* (§ *deſpues del ultimo* Kyrie eleyson) *ſe dice*, Pater noſter, *y lo demás en ſecreto, haſta el* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos, &c.

*Pſalmus* 146.

Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: * Deo noſtro ſit jucunda, decoráque laudatio.

Ædificans Jeruſalem Dominus: * diſperſiones Iſraëlis congregabit.

Qui ſanat contritos corde: * & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem ſtellarum: * & omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noſter, & magna virtus ejus: * & ſapientiæ ejus non eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos Dominus: * humilians autem peccatores uſque ad terram.

Præcinite Domino in confeſſione: * pſallite Deo noſtro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus: * & parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum: * & hervam ſervituti hominum.

Qui dat jumentis eſcam ipſorum: * & pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: * nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: * & in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri, &c.

*El qual acabado, se dicen las Preces.*

℣. Operi Domine cœlum nubibus. ℟. Et para terræ pluviam. ℣. Ut producat in montibus fœnum. ℟. Et herbam servituti hominum. ℣. Riga montes de superioribus tuis. ℟. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

*OREMUS*

DEUS, in quo vivimus, movemur. & sumus: pluviam nobis tribue congruentem, ut præsentibus auxilijs sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

*ORATIO.*

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.

ORATIO

DA nobis, quæsumus Domine, pluviam salutarem, & aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias ℣. Exaudiat nos omnipotens & misericors Dominus. ℟. Amén.



℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amén.

§ VI.

**Procesion para pedir serenidad.**

*COmo la lluvia congruente es beneficio, la continuada, y que no cesa es azote; y para aplacar la ira Divina es esta Procesion.*

*Hagase todo como en las Letanias Mayores, y en las Preces de las Letanias* (§ *despues del* ℣. Ut omnibus fidelibus, &c.) *digase dos veces.* Ut fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris, Te rogamus audi nos. *Al fin de las Preces* [§ *despues del ultimo* Kyrie eleyson.) *se dice* Pater noster, &c. ℣. Et ne nos, &c. ℟. Sed libera, &c.

*Psalm.* 66.

DEUS misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminet vultum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, &c.

℣. Adduxisti Domine spiritum tuum super terram. ℟. Et prohibitæ sunt pluviæ de cœlo. ℣ Cum ob-

duxero nubibus cœlum. ℟. Apparebit arcus meus & recordabor fœderis mei: ℣. Illustra faciem tuam Domine super servos tuos. ℟. Et Benedic sperantes in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

*OREMUS*

DEUS qui culpa offenderís, pœnitencia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

*ORATIO.*

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue suplicantibus, ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

*ORATIO.*

QUæsumus, omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coërceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

## § VII.

### Preces para repeler tempestad.

*POr tempestad se entiende aqui la turbacion del aire con gruesas nubes, cargadas de mucha agua, granizo, piedras, ó trueno, relampagos, y rayos.*



*Tocanse las campanas, y convocados á la Iglesia los que pueden concurrir á ella, se dicen las Letanias ordinarias, en las quales se dice dos veces,* A fulgure, & tempestate, Libera nos, &c. *y dichas las Letanias, hasta acabar el* Pater noster, *se dice.*

*Psalmus* 147.

LAuda Jerusalem Dominum: * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: * benedixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suum sicut buccellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: * justitias, & judicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi: & judicia sua non manifestavit eis. Gloria Patri, &c.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Ostende nobis Domine misericordiam. tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Adjuva nos Deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius ini-

quitatis non apponat nocere nobis. ℣. Fiat misericordia tua Domine super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te, ℣. Salvum fac populum tuum Domine. ℟. Et benedic hæreditati tuæ ℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia. ℟. Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

*OREMUS*

DEUS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

*ORATIO.*

A Domo tua, quæsmus Dómine, spirituales nequitiæ repellantur; & aërearum discedat malignitas tempestatum.

*ORATIO.*

OMnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus; ut post noxios ignes nubium, & vim procellarum, in misericordiam transeat laudis comminatio tempestatum.

*ORATIO.*

DOmine Jesu, qui imperasti ventis & mari, & facta fuit tranquilitas magna, exaudi preces



familiæ tuæ & præsta; ut hoc signo sanctæ Crucis ✠ omnis discedat sævitia tempestatum.

*ORATIO.*

OMnipotens & misericors Deus, qui nos & castigando sanas, & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis; ut & tranquillitatibus optatæ consolationis lætemur, & dono tuæ pietatis semper utamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c. *Rociese con agua bendita.*

## §. VIII.

Preces, que han de decirse en tiempo de penuria, y hambre.

T*Odo se hace como arriba en las Letanias Mayores, hasta el fin de las Letanias: en cuyas Preces se dice dos veces:* Ut fructus terræ dare, & conservare digneris, Te rogamus, &c. *Prosiguese despues hasta decir* Pater noster, &c. *y luego.*

*Psalmus* 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: * in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ: * propter nomen suum.

Nam, & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: * quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus, * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, ✱ adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: ✱ & calix meus inebrians quam præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me ✱ omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini, ✱ in longitudinem dierum. Gloria Patri, &c.

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis ℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Oculi omnium in te sperant Domine. ℟. Et tu das illis escam in tempore opportuno. ℣ Memento congregationis tuæ. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Dominus dabit benignitatem. ℟. Et terra nostra dabit fructum suum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟, Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

*OREMUS.*

INeffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos & á peccatis omnibus exuas, & â pœnis, quas pro his meremur, eripias.

*ORATIO.*

DA nobis quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, & famem propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, &, te indignante, talia flagella, prodire, & te miserante, cessare.



*ORATIO*

POpulum tibi subditum pro peccatis suis fame laborantem ad te Domine converte propitius, qui quærentibus regnum tuum omnia adjicienda esse dixisti. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

## §. IX.

Procesion en tiempo de mortandad, y peste.

*ESTA Procesion no solo se hace en tiempo de mortandad, y peste de los hombres; sino que tambien se hace en la de los animales. Baruf. ad hunc loc.*

*Hagase, como arriba en las Letanias Mayores, y en las Preces de las Letanias* (§ *despues del* ℣. A morte perpetua, Libera nos, &c.) *digase dos veces,* A peste, & fame, Libera nos Domine: *y despues en su lugar* (§ *que es despues del* ℣. Ut omnibus fidelibus defunctis, &c.) Ut â pestilentiæ flagello nos liberare digneris, Te rogamus audi nos.

*Despues de* Pater noster, &c. ℣. Et ne nos inducas, &c. *se dice el Psalmo 6.* Domine ne in furore tuo arguas me, &c. *como está en el fol. 361. con* Gloria Patri, &c. *al fin, y despues.*

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣, Adjuva nos Deus salutaris noster. ℟ Et propter gloriam nominis tui, Domine. libera nos. ℣. Dñe. ne memineris iniquitatum nostrarum anti-

quarum ℟. Citó anticipent nos misericordiæ tuæ; quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Ora pro nobis sancte Sebastiane ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum, ℟. Et cum spiritu tuo.

*OREMUS*

EXaudi nos Deus salutaris noster, & intercedente beata & gloriosa Deigenitrice Maria semper Virgine, & beato Sebastiano Martyre tuo, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera, & misericordiæ tuæ fac largitate securum.

*ORATIO*

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & animarum & corporum medére languoribus, ut, remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur.

*ORATIO*

DA nobis quæsumus Domine, piæ petitionis effectum, & pestilentiam mortalitatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, &, te miserante, cessare. Per Dominum nostrum.



§. X.

Preces, que han de decirse en las Letanias en tiempo de guerra.

*ESTAS Preces son para quando la guerra no fuere contra infieles; porque quando se hace contra ellos, se dicen las que están inmediatamente despues.*

*Hecho todo como arriba en las Letanias Mayores, al fin de las Letanias despues de decir,* Pater noster, &c. ℣. Et ne nos inducas, &c. *se dice.*

*Psalm.* 45.

DEUS noster, refugium & virtus: ✱ adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra, ✱ & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: ✱ sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: ✱ adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt Gentes, & inclinata sunt regna: ✱ dedit vocem suam, mota est terra,

Dominus virtutum nobiscum: ✱ susceptor noster Deus Jacob

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: ✱ auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: ✱ & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob. Gloria Patri, &c.

℣. Exurge Domine adjuva nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Salvum fac populum tuum Dñe. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Arcum contere, & confringe arma. ℟. Et scuta combúre igni. ℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuêre nos. ℣ Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

*OREMUS.*

DEUS, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam; ut inimicorum suorum feritate depressa, incensabili te gratiarum actione laudemus.

*OREMUS.*

DEUS, â quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra, mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.



*ORATIO.*

HOstium nostrorum, quæsumus Domine, elide superbiam: & eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Dominum nostrum, &c.

¶ *Pero si la guerra es contra Turcos, y otros infieles, ó hereges, entonces entre las Preces de las Letanias digase dos veces,* Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus audi nos, *y añadese,* Ut Turcarum (*vel* hæreticorum) conatus reprimere, & ad nihilum redigere digneris, Te rogamus, &c. *y dicho* Pater noster, &c. *digase*

*Psalmus* 78.

DEUS venérunt Gentes in hereditâtem tuam, polluêrunt templum sanctum tuum: * posuêrunt Jerúsalem in pomôrum custódiam.

Posuérunt morticîna servôrum tuôrum, escas volatilibus cœli: * carnes sanctôrum tuôrum béstijs terræ.

Effudêrunt sánguinem eôrum tamquam aquam in circúitu Jerúsalem: * & non erat qui sepelîret.

Facti sumus oppròbrium vicinis nostris: * subsánnatio, & illusio his qui in circúitu nostro sunt.

Úsquequó Domine irascêris in finem: * accendêtur velut ignis zelus tuus!

Effúnde iram tuam in Gentes, quæ te non noverunt: & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

Quia comedérunt Jacob: & locum ejus desolavèrunt.

Ne memíneris iniquitâtum nostrârum antiquârum, citó antícipent nos misericórdiæ tuæ: * quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: * & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Ne forte dicant in Gentibus: Ubi est Deus eorum? * & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est: * introëat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachij tui, * posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris séptuplum in sinu eorum: * improperium ipsórum, quod exprobraverunt tibi Domine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, * confitebimur tibi in sæculum.

In generationem, & generationem * annuntiabimus laudem tuam. Gloria Patri, &c.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis, ℟. Hostium nominis tui Domine elide superbiam. ℟. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. ℣. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti. ℟. Et Angelus Domini persequatur eos. ℣ Effunde iram tuam in Gentes, qua te non noverunt. ℟ Et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt. ℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuère nos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor



meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

*OREMUS.*

DA, quæsumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

*ORATIO.*

DEUS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

*ORATIO.*

OMnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, & omnium jura regnorum: respice in auxilium Christianorum: ut gentes Turcarum (*seu* hæreticorum) quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Exaudiat nos Dominus, &c. Amén.

## §. XI.

## Procesion en qualquiera tribulacion.

§ *ESTas mismas Preces con el Psalmo,* Exaudiat te Dominus, &c. *se dicen despues del ultimo* Kyrie eleison *de las Letanias, en el ultimo dia del Jubileo circular, estando arrodillado el Preste con sus Ministros en la infima grada del Altar; y poniendose despues, el solo, en pie para decir con las manos juntas ante el pecho, las Oraciones, á las quales, despues de la Oracion,* Concede nos famulos tuos, &c. *se añade la del Santo Patrono, ó Titular de la Iglesia.*

*Executado todo, como se dixo arriba en las Letanias Mayores, y acabadas las Letanias (§ con el ultimo* Kyrie eleison) *se dice* Pater noster, &c. ℣. Et ne nos inducas, &c. ℟. Sed libera, &c. *y luego se dice el Psalmo* 19 Exaudiat te Dominus fol. 262. *ó el Psalmo* 90 Qui habitat in adjutorio, &c. *como en el fol.* 266 *El qual acabado, se dicen estos* ℣. Deus refugium nostrum, & virtus ℟. Adjutor in tribulationibus. ℣. Salvos fac servos tuos Domine ℟. Deus meus sperantis in te. ℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. ℟. Miserere nobis. ℣. Adjuva nos Deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriam nominis tui Domine, libera nos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat ℣. Dominus vobiscum. ℟. cum spiritu tuo.

*OREMUS*

NE despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus.

*ORATIO.*

INeffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende: ut simul nos & á peccatis omnibus exuas, & â pœnis, quas pro his meremur, eripias.

*ORATIO.*

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, â præsenti liberati tristitia, & æterna perfrui lætitia.



*ORATIO*

TRibulationem nostram, quæsumus Domine, propitius respice: & iram tuæ indignationis, quam juste meremur, averte.

*ORATIO*

DEUS, refugium nostrum & virtus: adesto pijs Eclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta: ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñum nostrum. Jesum Cristum, &c.

§. XII.

Preces que se han de decir en la Procesion de accion de gracias

*AL principio de la Procesion se canta el Himno,* Te Deum laudamus, *como está en el fol.* 562.

*Despues, haviendo tiempo, se podrán decir los Psalmos que se siguen.*

*Psalmus* 65.

JUbilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus: ✱ date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine! ✱ in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: ✱ psalmum dicat nomini tuo.

Venite, & videte opera Dei: ✱ terribilis in consilijs super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: * ibi lætabimur in ipso
Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super Gentes respiciunt: * qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.
Benedicite Gentes Deum nostrum: * & auditam facite vocem laudis ejus.
Qui posuit animam meam ad vitam * & non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos Deus: * igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: * imposuisti homines super capita nostra.
Transivimus per ignem, & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocaustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum, * in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: * offeram tibi boves cum hircis.
Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, * quanta fecit animæ meæ.
Ad ipsum ore meo clamavi, * & exaltavi sub lingua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo, * non exaudiet Dominus.
Propterea exaudivit Deus, * & attendit voci deprecationis meæ.


Benedictus Deus, * qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam â me. Gloria Patri, &c.

*Psalmus* 80

EXultate Deo adjutori nostro: * jubilate Deo Jacob.
Sumite psalmum, & date tympanum, * psalterium jucundum cum cithara.
Buccinate in Neomenia tuba, * in insigni die solemnitatis vestræ.
Quia præceptum in Israël est: * & judicium Deo Jacob.
Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de Terra Ægypti: * linguam, quam non noverat, audivit.
Divertit ab oneribus dorsum ejus: * manus ejus in cophino servierunt.
In tribulatione invocasti me, & liberavi te: * exaudivi te in abscondito tempestatis: probavi te apud aquam contradictionis.
Audi populus meus, & contestabor te: * Israël si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorabis Deum alienum.
Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: * dilata os tuum, & implebo illud.
Et non audivit populus meus vocem meam: * & Israël non intendit mihi.
Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: * ibunt in adinventionibus suis.
Si populus meus audisset me: * Israël sí in vijs meis ambulasset.

Pro nihilo forsitam inimicos eorum humillassem: * & supertribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei: * & erit tempus eorum in sæcula.

Et cibavit eos ex adipe frumenti: * & de petra, melle saturavit eos. Gloria Patri, &c.

*Psalmus* 95.

CAntate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus: * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dij gentium dæmonia: * Dominus autem cælos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honorem: * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur â facie ejus universa terra: * dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.

Eterim correxit orbem terræ qui non commovebitur: * judicabit populos in æquitate.



Lætentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: * gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum â facie Domini, quia venit: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate: * & populos in veritate sua. Gloria Patri, &c.

*Psalmus* 99.

JUbilate Deo omnis terra: * servite Dño. in lætitia Introite in conspectu ejus, * in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus ejus, & oves pascuæ ejus: * introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen ejus: quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus: * & usque in generationem & generationem veritas ejus.

Gloria Patri.

*Psalmus* 102.

BEnedic anima mea *Domino*: * omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

Benedic anima mea *Domino*: * & noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: * qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: * qui coronat te in misericordia, & miserationibus.

Quia replet in bonis deſiderium tuum: * renovabitur, ut aquilæ, juventus tua.

Faciens miſericordias *Dominus*: & judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias ſuas Moyſi: * filijs Iſraël voluntates ſuas.

Miſerator, & miſericors *Dominus*; * longanimis, & multum miſericors.

Non in perpetuum iraſcetur, * neque in æternum comminabitur.

Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis: * neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.

Quoniam ſecundum altitudinem cœli à terra: * corroboravit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

Quantum diſtat ortus ab occidente: * longe fecit â nobis iniquitates noſtras.

Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt *Dominus* timentibus ſe: * quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum.

Recordatus eſt, quoniam pulvis ſumus: * homo ſicut fœnum dies ejus, tamquam flos agri ſic efflorebit.

Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: * & non cognoſcet amplius locum ſuum.

Miſericordia autem *Domini* ab æterno: * & uſque in æternum ſuper timentes eum.

Et juſtitia illius in filios filiorum, * his qui ſervant teſtamentum ejus.

Et memores ſunt mandatorum ipſius: * ad faciendum ea.



Dominus in cælo paravit ſedem ſuam: * & regnum ipſius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus: * potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus.

Benedicite Domino omnes virtutes ejus, * miniſtri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera ejus: * in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.

Gloria Patri, &c.

*Pſalmus* 116.

LAudate Dominum omnes Gentes: * laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus: * & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, &c.

*Pſalmus* 148. Laudate Dominum de cœlis, &c. *como en el fol.* 393.

*Pſalmus* 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus ejus in Eccleſia ſanctorum:

Lætetur Iſraël in eo, qui fecit eum: * & filij Sion exultent in rege ſuo

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: * & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exaltationes Dei in gútture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant ín eis judicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

*Psalmus* 150.

LAudate Dominum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, &c.

*Canticum* Benedicite omnia opera Domini, &c. *como en el fol.* 395.

*Canticum* Benedictus Dominus Deus Israêl, &c. *como en el fol.* 353.

*Estos Psalmos, segun fuere mas, ò menos larga la Procesion, pueden cantarse, ó todos, ó parte Des-*



*pues en la Iglesia de la estacion, delante del Altar, se dicen los siguientes versos, y Oraciones.*

Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum. ℟. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula. ℣. Benedicamus patrem, & Filium cum sancto Spiritu ℟. Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula ℣. Benedictus es Domine Deus in firmamento cœli. ℟. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. ℣. Benedic anima mea Domino. ℟. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

*OREMUS.*

DEUS, cujus misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus: pijssimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas.

*ORATIO.*

DEUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

## ORATIO.

DEUS, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis: sed pium precibus præstas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te pijssime deprecantes, ut â cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

## § XIII.

## De la Procesion en la translacion de las sagradas Reliquias Insignes.

§ *ESte Rito es solo para las Reliquias Insignes, no para las que no lo son: y se observa quando su translacion fuere publica, y solemne; no para quando fuere privada, y en secreto. § El mas poderoso motivo para hacer esta translacion es la destruccion, ó translacion de la Iglesia, ó lugar sagrado á otra parte: y sea el que fuere el motivo, debe hacerse con toda la posible solemnidad de Procesion, Misa solemne, Sermon, repique de campanas, y exposicion en el Altar por un dia entero. Prov. 4. y Baruf. tit. 89. n. 9. 10. 14. § Ante todas cosas qualquiera Reliquia, antes de ponerse á la publica veneracion, ó llevarse en Procesion, debe estár examinada, y aprobada por el Ordinario, por escrito autentico Y las que se extrahen de los Cementerios Romanos y se llevan á otras partes, necesitan de este mismo reconocimiento, y aprobacion, Sacr. Congr. Indulg. 19. Januar. 1711. demostrando su legitimidad con legales, y autenticos instrumentos. Eadem S. C. 23. Febr. 1711. El Concilio Mexicano, dirigiendose por el Tridentino, manda hacer el mismo reconocimiento, y examen de todas las Reliquias de las Iglesias, y Monasterios, y aun de las de los particulares. Lib. 3. tit. 1. de* Visitac. Propr. Provinc. *§ 7 y tit. 18. §. 6.*

§ *Lo que en la Rubrica se dice de los ornamentos de los Sacerdotes, se entiende de los que llevaren las Reliquias, y del Preste, y sus Ministros laterales, que en esta funcion suelen usar de Plu-*



*viales: el resto del Clero debe ir revestido de sobrepellices no mas. Catal. ad hunc loc. n. VIII.*

§ *Los nombres de los Santos, cuyas Reliquias se transladan, aunque no estén en las Letanias, se invocan en ellas, en el primer lugar de aquel orden gerarchico, á que pertenecen, por razon de la solemnidad instituida á su honor. Dicense sin Preces por ser de alegria, y no de penitencia la Procesion. El* Te Deum *se canta al entrar en la Iglesia: y todas las otras cosas, que en la particular, y simple solemnidad de las Reliquias de los Santos no suelen acostumbrarse, pueden con ocasion de esta translacion hacerse, como llevarlas baxo de Palio, incensarlas, &c. Si las Reliquias no fueren de la Santa Cruz de Christo, no se bendice al Pueblo con ellas despues de la Procesion; porque la bendicion con las Reliquias solo se permite, quando, por alguna necesidad, ò calamidad, publica, se han llevado en Procesion. Baruf. ubi. sup. desde el n. 24. al 29. Veanse las Reglas generales para las Procesiones fol. 329.*

*Los Sacerdotes, y Ministros vayan vestidos de ornamentos de color blanco, ó encarnado, segun conviniere à los Santos, cuyas Reliquias se trasladan: y todos con velas encendidas, cantando las Letanias, con invocacion de los Santos, cuyas son las Reliquias, el Hymmo* Te Deum, *como en el fol.* 562 *y el Psalmo,* Laudate Dominum de cœlis, *fol.* 363. *con los dos siguientes,* 149. *y* 150. *fol.* 593 *y otros Psalmos, ó Hymnos del propio, ó del comun de los Santos, de quienes son las Reliquias que se traslacdan:*